



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118634

§. 131. Navarræ Regina ab Elisabetha pecunias expetens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67213)

cum Nemorsio Duce in Pictaviam con- Sæcul. XVI.
tendebat, ut sese Regiis copiis aggre- A. 1568.
garet.

Jamjam pugna Pamprolii quinque
infra Pictaviam leucis initur, non sine
magno regii exercitus damno; alte-
rum tamen certamen Regiis feliciter
cessit Jafenolii, ubi adhuc Pictavium
tuto se recipere poterant, ut inde va-
riis ex locis excursiones facere, aut di-
versa emittere possent agmina, quæ ul-
teriores Calvinistarum progressus siste-
rent.

§. CXXXI.

Navarræ Regina ab Elisabetha pecunias expetens.

Sub idem tempus Navarræ Regina,
quæ unacum filio suo Rupellæ sem- Thuan. l. 44.
per hærebat, unice intenta erat, ut ad Cambden in
sustinendas belli expensas suis Prote- annal. Regni
stantibus pecunias subministraret, hinc Elisabeth.
ejusmodi subsidia ab Elisabetha An- hoc ann.
glizæ Regina emendicare non dubitabat,
cumque Castillionæus quondam Cardi-
nalis, qui nuper, ut memoravimus, Re-
ginam Protestantibus propitiam red-
dendi studio in hoc Regnum secesserat,
plurimum apud Elisabetham gratia va-
leret, haud difficulter ad Navarræ Re-
ginæ vota ingentem pecuniarum sum-
mam;

Sæcul. XVI. mam, belli tormenta, ac militum sup-
 A.C. 1568. petias obtinuit.

§. CXXXII.

Gallarum Rex a pluribus Principibus auxilia petens.

Thuan, l. c. Pariter Galliarum Rex ad prosequendum bellum undique pecunias conquirere satagebat, ac jam dudum Romam ablegabat Baptistam Alamannium Matisconis Episcopum, & post eum Hannibalem Oricellarium etiam ad Senatum Venetum, necnon ad Ferrariæ, Mantuæ, & Florentiæ Duces miserat, a quibus mutuam in hoc bellum pecuniam, & auxiliares copias petierat: insuper eodem tempore Antonium Fumæum Blandium libellorum supplicum Magistrum ad Cæsarem legaverat, ut de subditorum insolentia, qui rursus contra ipsum arma sumpsissent, quereretur, ut ipse auctoritatem suam interponeret, ne Condæo Principi supplicæ ex Germania sive pedestres, sive equestres subministrarentur. Hic Orator Viennæ decima sexta Octobris auditus a Sapientissimo Imperatore responsum hoc tulit; „doleo, quod Rex Christianissimus Condæi Principis, & Senatorum ipsius contumacia, & temeritate coactus fuerit contra ipsos arma capere, ut illos omnes Regno pellat, „&